Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-200740-p0001-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-200740-p0002-9

108

VIRO

MAGNIFICO atque EXCELLENTISSIMO

DOMINO ADRIANO STEGERO,

JCto CELEBERRIMO,

SACRÆ CÆSAREÆ MAJESTATI A CONSILIIS, NEC NON POTENTISSIMO POLONIARUM REGI ET ELECTORI SAXONIÆ A CONSILIIS AULICIS ET JUSTITIÆ,

ÆDIS D. PETRI ANTISTITI VIGILANTISSIMO,

REIPUBLICÆ LIPSIENSIS ADHUC PROCONSULI MERITISSIMO,

PATRONO SUMMO

FASCES CONSULARES

DIE VIII. CAL. SEPTEMBR. AN. MDCCXXI.

COLLATOS

PIE GRATULATUR

M. GOTTLIEB KEYSELITZ.

LIPSIÆ,
LITERIS IMMANUELIS TITII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-200740-p0003-5

Vir Magnifice, atque Excellentiſſime,

Patrone Maxime.

H*Aud exiguam felicitatis noſtræ partem a proſperitate eorum, quos Numen venerandos dedit, pendere, nec minorem ex eadem in nos redundare voluptatem, experientia loquitur. Quare veniam dabis,* Vir Magnifice, *quod gaudium ex ampliſſimo* Tuo *munere mente conceptum, etſi nihil quod vel* Tuæ *dignitati vel meo officio ſatisfaciat, ſim allaturus, verbis quoque prodere non dubitem. Cum enim omnes, qui rei*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-200740-p0004-1

favent publicæ, non tam Tibi, *quam ipſi gratulentur, his plauſibus mea quoque vota iungenda eſſe duxi. Audaciæ quidem notam vererer, qui tenui opella doctorum congratulationes interſtrepo, niſi de* Tua *humanitate gratiaque in me fere ſingulari abunde conſtaret. Qua propter ei, quem toties tanta humanitate ſuſcepiſti, nunc quoque aditum ad* Te *patere confido. Novum quidem iam nactus es munus, id tamen nec genti* Tuæ *nec* Tibi *inuſitatum.* Parentis *in* Te *iam redivivi faſces etiamnum veneratur poſteritas, &* Soceri *conſilia præmatura morte erepta, per* Te *nunc reddi exſultat civitas.* Tu *vero ipſe non modo reliquos Magiſtratus omnes feliciter geſſiſti, ſed faſces quoque Conſulis in* Te *vices ſuſcipiens, diu pari cum ſucceſſu tenuiſti. Vidit* AUGUSTUS *antiquiſſimum* Tibi *ſemper fuiſſe, toto animo in Reipublicæ commoda incumbere, velle* Te *cives omnes beatiſſimos, quapropter Conſulis quoque munus hiſce* Tuis *meritis deberi exiſtimavit. Lætantur qui litteras colunt, eum in hoc honoris*

faſtigio conſtitutum, quem non litteras modo amare, verum & plurimum in doctrina percipienda ſtudii, multumque temporis impendiſſe conſtat. Cum eorum quibus præes ſalus & fortunæ Tibi *ſint chariſſimæ, omnes, quod feciſti,* Te *facturum ſciunt,* Te *ſplendidiſſimum hoc munus inſigniter ornaturum, ut ſapienter conſulas omnibus, incommodis prudenter medeare, publicæ ſaluti provideas, Civiumque parens dici & eſſe velis. Annuat modo Numen ardentiſſimis Patriæ ſuſpiriis, quæ faſces* Tibi *ſæpiſſime precatur iteratos. Servet Deus immortalis iſtum animi vigorem, his curis ſufficientes corporis vires clementiſſime largiatur, diuque mortalium* Te *rebus ſalvum & ſoſpitem intereſſe ſinat. Sic curia fulcrum, cives delicium, muſæ præſidium habebunt certiſſimum. Sic quod dudum colit Lipſia* STEGERI *Nomen in* Filio *quoque ad* Tuam *imaginem formando ſera venerabitur poſteritas.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-200740-p0006-2

78 M 496

ULB Halle 3
001 618 148

TA-20L

607

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-200740-p0007-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-200740-p0008-3

VIRO
MAGNIFICO atque EXCELLENTISSIMO
DOMINO
ADRIANO STEGERO,

JCTO CELEBERRIMO,

SACRÆ CÆSAREÆ MAJESTATI A CONSILIIS, NEC NON POTENTISSIMO POLONIARUM REGI ET ELECTORI SAXONIÆ A CONSILIIS AULICIS ET JUSTITIÆ,

ÆDIS D. PETRI ANTISTITI VIGILANTISSIMO,

REIPUBLICÆ LIPSIENSIS ADHUC PROCONSULI MERITISSIMO,

PATRONO SUMMO

FASCES CONSULARES

DIE VIII. CAL. SEPTEMBR. AN. MDCCXXI.

COLLATOS

PIE GRATULATUR

M. GOTTLIEB KEYSELITZ.

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19
Centimetres
Farbkarte #13 B.I.G.
Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-200740-p0009-2